



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 115. Joannes Geleatius Maria occisi Successor

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. eos lata, quadrifariam dissecti sunt. Cum  
 A C. 1476. vero Galeatii Senatores ex Hieronymo  
 atrocissimis quæstionibus subjecto scisci-  
 tarentur: qua caussa permotus manus  
 sanguine Principis sui polluere præsum-  
 pserit: id a me factum, respondit, „quia  
 „ vos graviore quam ego in Ducem o-  
 „ dio ferri compertum habebam, ac ipsius  
 „ mortem multis votis desiderasse, nec  
 „ tamen intulisse sciebam, eo quod vobis  
 „ animus, non voluntas deesset. Nec me  
 „ parricidii recens patrati poenitet; eae-  
 „ nim inveterata est in mente mea opinio,  
 „ humani consortii indignum esse Prin-  
 „ cipem, qui omni violata promissorum  
 „ fide, tantisque sceleribus, omnibus exo-  
 „ sum, atque detestabilem sese reddidit.  
 „ Unice publicam populi salutem specta-  
 „ bam. Nulla mihi cura est vitæ mee  
 „ nec amplius mortem reformido, dum  
 „ Tyrannum e medio sublato scio. „  
 Plura adhuc alia effutiebatur Hieronymus,  
 duosque suos socios ad parem constan-  
 tiam adhortabatur; sicque sub carnificis  
 manu vivere desiit, semperque sacrilegum  
 suum facinus abominandis obtentibus at-  
 que rationibus honestare nitebatur.

## §. CXV.

*Joannes Galeatius - Maria occisi  
 Successor.*

Galeatius, quamvis solutioris vitæ li-  
 centia

centia deformis esset, nihilominus ob liberalitatem, magnificentiam, literarum studium & benevolentiam in Viros scientia claros multum laudatur. Trucidatus obiit anno ætatis suæ circiter trigesimo tertio, sepultus insigni pompa in Majori Ecclesia sanctæ Mariæ. Ingens ex ejus obitu tumultus in civitate Mediolanensi exoriebatur, adeo, ut summus Pontifex pacem Italiæ concidisse vehementer timeret, eoquod plurimi Principes suas quisque spes ad hunc Ducatum jactare coepissent. Mox tamen sedatis per urbem turbis Joannes Galeatius Maria filius defuncti primogenitus adhuc puer Dux proclamatus est, positusque sub tutela Matris suæ, cui præcipuorum Procerum Senatus ad hoc speciatim constitutus adjiciebatur.

## §. CXVI.

*Bellum inter Ferdinandum Arragoniæ, & Alphonsum Lusitanicæ Reges.*

Hoc anno summus Pontifex Matrimonium Alphonsi Lusitanicæ Regis cum Joanna Henrici Castellæ Regis Filia nullum irritumque esse declarabat, licet prævie summus Pontifex legis gratiam secisse diceretur, quam tamen Sixtus IV. per

Secl. XV.  
A.C. 1476.